

BREVIARIUM PROPRIÆ  
DIOECESIS  
ROTTENBURGENSIS

Die 22 Ianuarii  
**S. MEINRADI**  
Eremitæ, Martyris  
III classis

Ad Laudes *℣*. Iustus ut palma.

Ad Bened. ant. Qui odit

*Oratio*

**B**eāti Meinrádi Sacerdótis  
et Mártyris tui, quaesumus,  
Dómine, intercessióne  
nos ádiuva: ut eius suffúlti suf-  
frágio; quam precámur indul-  
géntiam peccatórum cónsequi  
mereámur. Per Dóminum.

Et fit com. *Ss. Vincentii et Anastasii Mart.:*

Ad Vesperas *℣*. Iustum ut palma.

Ad Magnif. ant. Qui vult venire.

Die 28 Ianuarii  
**B. HENRICI SUSONIS**

*Confessoris*  
III classis

Ad Laudes *℣*. Iustum deduxit.

Ad Bened. ant. Euge serve bone.

*Oratio*

**D**eus, qui beátum Henrí-  
cum Confessórem tuum  
córporis mortificatióne et  
caritáte mirábilem effecísti:  
concéde; ut Christum crucifi-

xum corde dilígere et ópere in  
nobis exprímere valeámus.  
Per eundem.

Et fit com. *sancti Petri No-  
lasci Conf. (Ant: Similabo e-  
um viro sapienti, qui aedifica-  
vit domum suam supra pe-  
tram, ℣. Amavit eum Domi-  
nus, et ornavit eum. R̄. Stulam  
gloriae induit eum.), deinde  
sancti Agnetis Vírg. et Mart. sec.*

Ad Vesperas *℣*. Iustum deduxit.

Ad Magnif. ant. Hic vir.

Die 15 Martii  
**S. CLEMENTIS MARLÆ**  
**HOFBAUER**

*Confessoris*  
III classis

Tempore quadragesimali fit com.  
*in Laudibus tantum.*

*Ant.* Euge serve bone et fidélis,  
quia in pauca fuísti fidélis, supra  
multa te constítuam, dicit Dó-  
minus.

*℣*. Iustum deduxit Dóminus per  
vias rectas. *R̄*. Et osténdit illi  
regnum Dei.

*Oratio*

**D**eus, qui beátum Cle-  
méntem Maríam miro

fidei róbore et invíctæ constantiæ virtúte decorásti: eius méritis et exémpis fac nos, quaésumus, ita fortes in fide et caritáte fervéntes, ut praémia consequámur æténa. Per Dóminum.

Die 7 Aprilis

S. HERMANNI IOSEPHI

Confessoris

III classis

Ad Laudes √. Iustum deduxit.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone.

Oratio

**D**eus, qui beátum Hermannum Ioséphum Confessórem tuum in benedictionibus dulcédinis a puerítia praevenísti: praesta, quaesumus, ut innocéntis et sanctae vitae eius vestígiis insistentes, ad caelestem patriam, in qua gloriósus exsúltat, securi perveniámus. Per Dom.

Ad Vesperas: √. Iustum deduxit.

Ad Magn ant. Hic vir.

Die 21 Aprilis

S. CONRADI A

PARZHAM

Confessoris

III classis

Ad Laudes: √. Iustum deduxit.

Ad Ben ant. Euge, serve bone.

Oratio

**D**eus, qui misericórdiæ tuæ iánuam fidélibus patére voluisti: te súplices exorámus; ut, intercedénte beáto Conrado Confessóre tuo, temporália subsidia nobis tríbuas et æténa. Per Dóminum.

Et fit com. sancti Anselmi Ep. et Doct.:

Oratio

**D**eus, qui pópulo tuo æeténae salútis beátum Ansélmum minístrum tribuísti: praesta, quaésumus; ut, quem Doctórem vitæ habuimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

Ad Vesperas √. Iustum deduxit.

Ad Magnif. ant. Hic vir.

Die 27 Aprilis

S. PETRI CANISII

Conf. et Ecclesiæ Doctoris

II classis

Omnia ut in Breviarium Romanum

Ad Laudes √. Iustum deduxit.

Ad Bened. ant. Euge serve bone.

Oratio

**D**eus, qui ad tuéndam cathólicam fidem beátum Petrum Confessórem

tuum virtúte et doctrína roborásti: concéde propítius; ut eius exémplicis et mónitis errántes ad salútem resipíscant, et fidéles in veritátis confesióné persevérent. Per Dñm.

Die 5 Junii  
**S. BONIFATII**

*Ep. et Martyris*  
*II classis*

*Omnia ut in Breviarium Romanum.*

Die 4 Iulii  
**S. UDALRICI**  
*Ep. et Confessoris*  
*III classis*

*Ad Laudes* √. Iustum deduxit.  
*Ad Bened. ant.* Euge, serve bone.

*Oratio*

**D**eus, qui cónspicis, quia **D**ex nulla nostra virtúte subsístimus: concéde propítius; ut, intercessióne beáti Událrici Confessóris tui atque Pontíficis, contra ómnia advérsa muniámur. Per Dñm.

*Ad Vesperas* √. Iustum deduxit.  
*Ad Magnif. ant.* Amavit eum.

Die 8 Iulii  
**SS. KILIANI**  
**ET SOCIORUM**  
*Martyrum*  
*III classis*

*Ad Laudes* √. Exsultabunt Sancti.  
*Ad Bened. ant.* Vestri capilli.

*Oratio*

**M**agníficet te, Dómine, **M**sanctórum tuórum Kiliáni Sociorúmque eius beáta solémnitas: qua et illis glóriam sempitérnam, et opem nobis ineffábili providéntia contulísti. Per Dóminum.

*Et fit com. sancti Elisabeth.*

*Ad Vesperas* √. Exsultabunt Sancti.  
*Ad Magnif. ant.* Gaudent in coelis.

Die 17 Iulii  
**B. IRMENGARDIS**

*Virginis*  
*III classis*

*Ad Laudes* √. Diffusa est.  
*Ad Bened. ant.* Simile est.

*Oratio*

**D**ómine Iesu, qui beátam **D**Irmengárdem, Vírginem tuam, mundi delicias despícere et nómini tuo benedícere fecísti: praesta, quaesumus; ut eius intercessióne ómnibus diébus vitæ nostræ tibi placéamus. Qui vivis et regnas.

*Et fit com. sancti Alexii Conf.*

*Ad Vesperas* √. Diffusa est  
*Ad Magnif. ant.* Veni, Sponsa Christi.

Die 27 Augusti  
S. GEBHARDI  
Episcopi et Confessoris  
III classis

Ad Laudes *ŷ*. Iustum deduxit.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone.

Oratio

**E**xaudi, quaesumus, Domine, preces nostras, quas in beati Gebhardi, Confessoris tui atque Pontificis, solemnitate deferimus: et, qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dóminum.

Et fit com. sancti Iosephi Calasactii: Ant. ac versus ex I Vesp.

Ad Vesperas *ŷ*. Iustum deduxit.

Ad Magnif. ant. Amavit eum.

Die 6 Septembris  
S. MAGNIS  
Abbatis  
III classis

Ad Laudes *ŷ*. Iustum deduxit.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone.

Oratio

**I**ntercéssio nos, quaesumus, Dómine, beáti Magnis Abbatis comméndet: ut, quod nostris méritis non valéamus, eius patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Die 17 Septembris  
S. HILDEGARDIS  
VIRGINIS  
III classis

Ad Laudes *ŷ*. Diffusa est gratia.

Ad Bened. ant. O dignissima Christi sponsa! Quam lux prophetiae illustravit, zelus apostolicus inflammavit, laurea virginum coronavit, divini amoris incendium consummavit.

Oratio

**D**eus, qui beátam Hildegárdem Vírginem tuam donis cæléstibus decorásti: tríbue, quaesumus; ut, eius vestígiis et documéntis insistentes, a præsentis saéculi calígine ad lucem tuam delectábilem transíre mereámur. Per Dóminum.

Et fit com. Impressionis Ss. Stigmatum S. Francisci Conf.

Ad Vesperas *ŷ*. Diffusa est.

Ad Magnif. ant. Subveni nobis, Hildegardis virgo sanctissima, aeterni regis sponsa, in cuius aula splendescis sicut stella fulgentissima.

Die 25 Septembris  
S. NIKOLAI DE FLÜE

Confessoris  
III classis

Ad Laudes *Ÿ*. Iustum deduxit  
Dominus.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone.

Oratio

**B**eati Nicolai, Confes-  
soris tui, intercensione  
suffulti te, Dómine, supplici-  
ter exorámus: ut gentem nos-  
tram benigna semper protec-  
tione custódias, eiúsque rec-  
tóribus grátiae tuæ lumen cle-  
ménter infúndas. Per Dñm.

Ad Vesperas *Ÿ*. Iustum deduxit.

Ad Magnif. ant. Hic vir despici-  
ens.

Die 12 Octobris  
B. IACOBI  
(GRIESINGER)  
AB ULMA

Confessoris  
III classis

Ad Laudes *Ÿ*. Iustum deduxit  
Dominus.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone.

Oratio

**D**eus, qui beátum Iacó-  
bum Confessórem tuum  
humilitátis et oboediéntiae  
virtúte mirabíliter decorásti:

eius intercessióne fac nos ter-  
réna despícere et mandátis tuis  
iúgiter inhaerére. Per Dñm.

Ad Vesperas *Ÿ*. Iustum deduxit.

Ad Magnif. ant. Hic vir.

Die 14 Octobris  
IN DEDICATIONE  
ECCLESIAE

I classis

Omnia de Communi Dedicacionis Ecclesiae.

Die 16 Octobris  
S. GALLI

Abbatis  
III classis

Ad Laudes *Ÿ*. Iustum deduxit.

Ad Bened. ant. Euge, serve  
bone.

Oratio

**I**ntercessio nos, quaesumus,  
Domine, beati Galli Abbatis  
commendet: ut, quod nostris  
meritis non valemus, eius pa-  
trocinio assequamur. Per Dñm.  
Et fit com. sanctae Hedwigis.

Vesperae de sequenti.

Die 17 Octobris  
IN DEDICATIONE  
ECCLESIAE  
CATHEDRALIS

I classis

Omnia de Communi Dedicacionis Ecclesiae, praeter ea quae hic habentur propria.

Die 20 Octobris  
S. WENDELINI  
Abbatis

Commemoratio

Ad Laudes ant.: Similábo eum \* viro sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram.

Ÿ. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R̄. Stolum glóriæ índuit eum.

Oratio

Intercéssio nos, quaesumus, Dómine, beáti Wendelíni Abbátis comméndet: ut quod nostris méritis non valémus, eius patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Die 31 Octobris  
S. WOLFGANGI  
Episcopi et Confessoris  
III classis

Ad Laudes Ÿ. Iustum deduxit.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone.

Oratio

Deus, qui nobis aeternae salutis beátum Wolfgangum Episcopum ministrum tribuísti: praesta, quaesumus, ut quem doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

Die 11 Novembris  
S. MARTINI  
Episcopi et Confessoris  
Patroni Dioecesis

I classis

Ad I Vesperas

De communi, Antt de Laudibus

Ad Magnif. ant. O beatum virum, cuius anima paradísium possidet! Unde exsultant Angeli, laetantur Archangeli, chorus Sanctorum proclamat, turba Virginum invitatur: Mane nobíscum in aeternum.

Oratio ppr.

Ad Laudes: ut in Breviario notat (sine cS Mennae).



Die 21. Novembris  
S. COLUMBAN

Abbatis

Commemoratio

*Ad Laudes ant:* Euge, serve bone.  
*ŷ.* Iustum deduxit.

Oratio

**I**ntercessio nos, quaesumus,  
Domine, beati Columbani  
Abbatis commendet: ut, quod  
nostris meritis non valemus,  
eius patrocínio assequamur.  
Per Dominum.

Die 25 Novembris  
B. ELISABETH BONÆ

Virginis

III classis

*Ad Laudes ŷ.* Diffusa est.  
*Ad Bened. ant.* Simile est.

Oratio

**C**rescat, Dómine, in no-  
bis passíonis unigéniti  
Fílii tui afféctus: et beátæ  
Elísabeth Vírginis imitatióne,  
eius memória in córdibus  
nostris iúgiter augeátur. Per  
eúndem Dóminum.

*Et fit com. Sanctae Catharinæ  
Virg. et Mart.*

*Ad Vesperas ŷ.* Diffusa est  
*Ad Magnif. ant.* Veni, Sponsa  
Christi.

Die 26 Novembris  
S. CONRADI

Episcopi et Confessoris

III classis

*Ad Laudes ŷ.* Iustum deduxit.

*Ad Bened. ant.* Euge, serve bone.

Oratio

**E**xaudi, quaesumus, Do-  
mine, preces nostras,  
quas in beati Conradi Con-  
fessoris tui atque Pontificis  
solemnitate deferimus: et, qui  
tibi digne meruit famulari,  
eius intercedentibus meritis,  
ab omnibus nos absolve  
peccatis. Per Dominum.

*Et fit com. sancti Silvestri; deinde  
com. sancti Petri Alexandrini.*

*Ad Vesperas ŷ.* Iustum deduxit.

*Ad Magnif. ant.* Amavit eum  
Dominus.

